

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CCCLXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295125](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295125)

*inferius, simpliciter Hart; adeoque Sausenharta, i. e. Harta meridionalis, in superiore Landgraviatu; Hardta in inferiore sita est. Inferior ad Bleicham usque progreditur.*

*A Bleicha usque ad superioris Brisgoviae limitem XII. leucae computantur; a limite hoc usque ad Krentzacum VII. leucae; unde apparet, Brisgoviam Inferiorem V. leucis esse longiorem quam superior.*

*Linea ergo ducenda est à Capella Gutenau usque ad viculum Hach infra Auggenam; ubi limes meridionalis Brisgoviae Inferioris, & limes borealis Brisgoviae Sup. sed & ipsa Dynastia Badenvill. in Inf. Brisgovia sita, in duas partes, Superiorem & Inferiorem Praefecturas, dividitur. Inferiorem claudunt vici Haslach & Opfingen.*

---

CCCLXVIII.

WILHELMUS MARCHIO HACHBERGA-SAUSENBERGENSIS CONFIRMAT PATRIS SUI RUDOLPHI FUNDATIONEM ET DOTATIONEM TRIUM PRÆBENDARUM IN ECCLESIA PAROCHIALI ROETELN.

---

ANNO MCCCCXXVIII.

---

*Ex Originali.*

**I**n Dei nomine Amen. Reverendo in Christo patri ac Domino, Domino Dei & Apostolicæ sedis gratia, Episcopo Constantiensi, vel ejus vicario in spiritualibus generali, Wilhelmus Marchio de Hochberg, Dominus Dominiorum in Rotteln & in Saufenburg &c. vestræ Constantiensis Diocesis.



Quicquid potest Reverentiæ, obsequii & honoris cum notitia subscriptorum, Noverit itaque paternitas vestra veneranda, noverint quoque universi & singuli, quos nosse fuerit optimum, quosque infra scriptum tangit, vel tangere poterit negotium, quomodolibet in futurum, quod nuper bonæ memoriæ quondam nobilis & generosus Dominus Rudolphus, Marchio de Hochberg, olim dominus dominiorum præactorum & genitor noster charissimus zelo devotionis accensus considerans atque piis consiliis cogitans, quod nihil omnipotenti Deo & gloriosæ virgini suæ matri Mariæ laudabilius divinique nominis gloriæ congruentius, nec non fidelium animabus salubrius reperitur, quam crebra missarum solennia & officiorum celebratio divinorum, considerans quoque & prudenter attendens præminentiam dignissimi Sacramenti Corporis Christi, quod in manibus sacerdotis divinum officium missæ super altari celebrantis sub speciebus panis & vini veraciter continetur. Volens itaque salutem animarum sive propriæ, nec non nobilis Dominæ Annæ, ejus conthoralis, matris nostræ eorumque omnium parentum, majorum, prædecessorum, progenitorumque & quorumlibet suorum Successorum & ab eis descendendum, prospicere & providere ac secundum Aplm. seminare in terris, ut reddente Dno cum fructu multiplici, recolligere valeret in cælo, perpendendo, quod de hoc mundo sumus omnes verissime transitori, nec de illo plura vel alia bona, quam ea, quæ in carne fecimus, seu gessimus in vita, nos sequuntur. Idcirco idem quondam Dns. Rudolphus ob honorem & laudem prænotatam & divini nominis cultum ampliandum, nec non ob salutem animarum, quorum supra & etiam illorum, quibus ad beneficia obligari dinoscitur, in Ecclesia parochiali Rötteln, cujus collatio seu jus præsentandi eo tunc ad præfatum quondam Dnm Rudolphum Marchionem, nunc vero ad nos tanquam ipsius verum & proximiorum hæredem, de jure patronatus dinoscitur pertinere, de consensu etiam ac bona voluntate



expressis, honorabilis & discreti viri Dni Johannis Sigrift dictæ Ecclesiæ Parochialis eo tempore & hodie Rectoris in altaribus tribus ad hoc constructis & erectis. Primo videlicet in latere sinistro dictæ Ecclesiæ parochialis dedicato in honorem beatorum Erhardi confessoris Catharinæque & Barbaræ virginum & martyrum ac in commemorationem omnium fidelium defunctorum. Secundo sito in medio inter jam dictum Altare & altare beatæ Mariæ virginis, dedicato in honorem sanctæ Crucis, trium magorum & pretiosi Sacramenti Corporis Dni nostri Jesu Christi, nec non in commemorationem omnium fidelium defunctorum præactorum. Tertio vero Altari sito in capella nova choro dictæ ecclesiæ Parochialis contigua & in quam itur per eundem chorum, in qua quidem capella idem genitor noster & Domina Anna, nostra mater præfata sibi sepulturam debitam elegerunt, in honorem sancti Georgii Martyris, specialiter & generaliter omnium sanctorum & omnium fidelium defunctorum commemorationem similiter dedicata atque consecrata. Quæ quidem altaria per antea usque ad fundationem & dotationem subscriptas ob carentiam congruarum præbendarum caruerunt Sacerdotibus seu ministris propriis in officiantibus eadem. Constituit, ordinavit, instituit atque fundavit & dotavit de & cum bonis, redditibus, possessionibus & juribus ac omnium jure & actione eo tunc ad ipsum quondam Dnm & genitorem nostrum pertinentibus & spectantibus, jure allodii, feudi, proprietatis & directi domini secundum tenorem quorundam rotulorum & instrumentorum desuper conscriptorum & habitorum, quorum quidem reddituum, bonorum, possessionum & jurium hujusmodi inferius in vulgari teutonico ad majorem legentium intellectum specificatio describetur. Et omnium jure & actione sibi quondam genitore nostro quomodolibet competente in eisdem, nec non etiam in dotem eorundem altarum & ipsorum altarum Capellanorum pro tempore pro Præbendis ut in eis melius sustentari & altissimo famulari valerent, sine



tamen præjudicio præscriptæ Ecclesiæ Parochialis pro se & suis hæredibus & successoribus universis dedit, donavit, tradidit & assignavit, recognovitque, se dedisse, donasse, tradidisse & assignasse justo & legitimo atque perpetuo donationis titulo, donationeque perfecta, perpetua & irrevocabili, quæ dicitur & fit inter vivos & alias omni via, jure, modo, causa atque forma, quibus melius & efficacius id fieri potuit & debuit, pure & simpliciter propter Deum per Capellanos pro tempore dictorum Altarium & nomine Præbendarum seu Capellaneorum eorundem habendos, tenendos, possidendos, percipiendos, ex tunc in antea perpetuis futuris temporibus &c. Hujusmodi bona, redditus, possessiones & jura allodiaque, feuda, proprietates & directum ac utile dominium sibi competentia in eisdem vel ad eadem donatos & donata, ut præmittitur, a se suisque hæredibus & successoribus, memoratis abdicans & jus percipiendi eosdem & eadem in præscripta altaria nomine dotis & in dotem eorundem, ut præmittitur ac eorum Capellanos, qui pro tempore fuerint ipsorum Altarium nomine & quamlibet eorum portione ipsum concernentia, in eisdem subscripta, rite & solemniter transferens, dedit & concessit Capellanus eisdem & cuilibet & eorum dictorum altarium nominibus plenam & liberam potestatem & omnimodam facultatem ex tunc in antea per se vel alium hujusmodi bona, redditus, possessiones atque jura habendi, tenendi, percipiendi & levandi, eorumque seu juris percipiendi & eadem possessionem corporalem pacificam & realem vel quasi, subintrandi, apprehendendi, nanciscendi & de ipsis donatis bonis, redditibus, possessionibusque & juribus, allodiisque, feudis, proprietatibus atque domino & actione prænotatis faciendi, disponendi & ordinandi libere, prout ipsis & cuilibet eorum

cum



cum portione sua & quantum ipsum concernunt, sub descripta melius visum foret, expediri, citra tamen & præter eorundem bonorum, reddituum, possessionumque & jurium à dictis altaribus vel altero eorum eorumque Capellaneis alterave ipsarum memoratis vendicationem & alienationem, quascunque contradictiones. NB. in his quorumlibet & quacunque non obstantes mittendo, ut sic eisdem Capellanos pro tempore dictorum altarium nomine in possessionem eadem liberam, vacuum & quietam per traditionem & assignationem instrumentorum & Rotulorum præactorum, his tamen in præmissis adjunctis per eorundem genitorem nostrum conditionibus atque pactis. Primo voluit enim & ordinavit dictus Dominus Rudolphus Marchio, genitor noster, collationem altarium prædictorum ac suarum præbendarum nec non personarum ad eandem & easdem habilium & idonearum, actuque in Sacerdotio constitutarum præsentationem, quando & quotiescunque vacarent, aut alterum ex eis vacaret, sibi quam diu foret in humanis & eo de medio sublato & non existente in humanis seniori hæredi & Successori suo in prænotatis Dominiis, qui pro tempore foret, masculini sexus, juxta juris exigentiam, institutionem vero, seu investituram hujusmodi personarum præsentatarum ad vos reverendum patrem Dominum Episcopum vel Vicarium prælibatum perpetuo pertinere atque salvas fore. Quodque insuper quilibet Capellanorum qui fuerit pro tempore dictorum altarium cessante legitimo impedimento per se vel alium singulis septimanis perpetuis futuris temporibus legat seu legi procuret per tres dies tres Missas, videlicet singulis diebus dominicis unam de Dominica vel sanctis, si inciderint, feria secunda aliam pro defunctis & tertiam feria sexta de sancta Cruce vel Sabbato de beata virgine Maria, nec tamen



iiidem Cappellani obligati & astricti esse deberent, nisi sponte vellent, ad cooperandum pro tempore Rectori vel Plebano Parochialis Ecclesiae in Rötteln memoratae in peractione quorumcunque officiorum divinatorum vel regimine ipsius Ecclesiae & subditorum ejusdem.

Quodque etiam quilibet Capellanus pro tempore hujusmodi altarium sive praebendarum praenotatarum ad observantiam omnium & singulorum punctorum ac ordinationum, foundationum & institutionum hujusmodi se obligaret & adstringeret corporali juramento & hoc per eum coram vobis Reverendo Patre Episcopo vel ejus Vicario memorato, praestando & salvis praemissis praefatus Dominus Marchio, genitor noster voluit praescriptas suas institutionem, foundationem, ordinationem, dotationem, & donationem, constitutionem, abdicationem & translationem omniaque & singula alia praescripta suum fortiri effectum, per neminemque mutari vel revocari, sed ipsas & ipsa attendi & servari adimplerique ac adimpletas & adimpleta ratas & rata firmasque & firma haberi debere. Adhaec se & praetactos suos haereditas & Successores firmiter obligando & astringendo sine dolo atque renunciando expresse pro se & eisdem suis haereditas & Successoribus, quoad praemissa omnia & singula omnibus & singulis exceptionibus vel defensionibus juris & facti, sibi aut alteri cuivis hominum quovis modo valituris. Verum autem Reverende Pater praefatus Dominus Rudolphus Marchio genitor noster, quod dolenter referimus, carnis ergastulo solutus, sicut Deo placuit, diem clausit extremum, debitum naturae persolvendo, praemissis omnibus & singulis nondum per vestram Paternitatem admissis, confirmatis, approbatis & autoritate vestra ordinatis, ratificatis & auctorizatis. Ea propter nos Wilhelmus Marchio praefatus proximior haeres & Suc-



cessor ab intestato prænominati quondam domini Rudolphi Marchionis olim genitoris, nostri ejus hujusmodi institutionem, fundationem, ordinationem, dotationem, donationem, constitutionem, onerationem, abdicationem & translationem omniaque & singula alia per ipsum facta, atque ejus velle seu voluntatem supra notatam & supra notata, ratas & rata gratasque & grata pro nobis & nostris hæredibus & successoribus quibuscunque firmas & firma habentes & habere, nec unquam ullo tempore Facto vel jure in Judicio vel extra illud directe vel indirecte publice vel occulte per nos vel alium seu alios tacite vel expresse facere vel venire ac contravenire volenti, vel volentibus aliqualiter consentire quæsito quovis ingenio vel colore volentes, neque litteras præmissis præjudiciales a sede Apostolica vel aliunde impetrare vel impetratis uti, sed de dictis bonis, redditibus, possessionibus, juribus, allodiis, feudis, proprietatibus, dominioque directo & utili ac actionibus donatis ut præstitutis evictionem cavere & in causa evictionis hujusmodi dictis Capellanis pro tempore fideliter & efficaciter assistere & præcavere de iisdem, quando & quotiescunque opus fuerit adversus omnem hominem, ut est juris, debitam & legitimam viam monstrare. Ad hæcque præmissa omnia & singula eorumque observantiam & ratihabitionem inviolabiles nos & dictos hæredes & Successores nostros universos præsentibus dolo & fraude penitus in præmissis seclusis firmiter obligantes astringentes, renunciando insuper pro nobis & eisdem quoad præmissa extra nostram scientiam exceptioni doli mali, in factum actioni & sine causa, quod metus, compulsione, læsionis, deceptionis, circumventionisque causa beneficio restitutionis in integrum ob quamcunque causam & quo majores vel minores juvantur, exceptionibusque & defensionibus juris &



facti scripti, non scripti, canonici, civilis, consuetudinarii & municipalis, consuetudinibusque & statutis municipalibus, publicis & privatis ac patriæ generalis, litteris quoque præmissis præjudicialibus ubilibet impetratis & impetrandis, omnique juri & juris auxilio, quibus seu quorum ope præmissa in toto vel parte cassari possent vel in irritum quomodolibet revocari seu retractari, præsertim etiam juri, generalem renunciationem, nisi specialis præcesserit, reprobanti. Supplicamus humiliter & voce non modicum seriofa, quatenus supra scriptas dicti quondam Dni Rudolphi Marchionis genitoris nostri institutionem, fundationem, ordinationem, donationem, dotationem, constitutionem, onerationem, abdicationem & translationem, nostrasque earundem confirmationem, approbationem, ratificationem & authorizationem, omniaque & singula alia tam per eundem quondam genitorem nostrum nosque acta atque facta præscripta auctoritate vestra ordinaria admittere, ipsasque & ipsa similiter approbare, confirmare, ratificare & auctorizare, nec non discretos viros Dnos Johannem Hurnne, Presbyterum de Rheinfeld ad supra dictum altare Sti Erhardi sinistri lateris, ut præmissum est, Johannem vero Ywam Presbyterum de Villingen, vestræ Constantiensis Diœceseos ad præscriptum altare sanctæ Crucis, Berchtoldum autem Spengeler Presbyterum de Hufingen ejusdem Constantiensis Diœceseos ad altare situm in supra notata Capella, choro ecclesiæ parochialis memoratæ. Quos & quemlibet eorum ad hujusmodi suum altare tenore præsentium dictæ paternitati vestræ duximus præsentandi atque tanquam habiles & idoneos præsentamus, iis inscriptis auctoritate vestra ordinatis, ipsos & eorum quemlibet suo altari hujusmodi, ad quod per nos, ut sic præsentatus existit, cum suis juribus & pertinentiis uni-



versis autoritate vestra ordinaria prædicta instituere & investire dignemini gratiose, adhibitis in his & circa ea juris & facti solennitatibus & cautelis debitis & consuetis. Sequuntur autem specificationes supra dictorum bonorum, reddituum, possessionum atque jurium in vulgari teutonico ad clariorem legentium intellectum, ut & de quibus supra fertur & primo altaris Sancti Erhardi prænotati in hæc verba: &c. &c. &c.

Altaris vero secundi videlicet sanctæ Crucis præscriptæ in hæc verba secuntur, videlicet: &c. &c. &c.

Altaris autem tertii in Capella supra notata siti, in hæc verba fecuntur, videlicet: &c. &c. &c.

In quorum omnium & singulorum præmissorum evidens testimonium atque fidem nos Wilhelmus Marchio supra scriptus sigillum nostrum præsentibus fecimus appensari sub Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo octavo die jovis 1. mensis Aprilis indictione sexta.

Et ego Johannes Sigrift de Binzheim præfatæ Constantiensis Diocesis Rector, Parochialis Ecclesiæ in Rötteln supra scriptæ recognosco & fateor publice per hæc scripta præmissa omnia & singula per prænotatum nobilem & generosum dominum dominum Wilhelmum Marchionem fundatorem de meis scitu, consensu & bona voluntate fuisse & esse facta & peracta. Idcirco ad eorundem omnium & singulorum observantiam atque ratihabitionem inviolabiles approbando etiam & ratificando eadem pro me & in dicta parochiali ecclesia Successoribus meis universis meque & eisdem Successores præsentibus obligando & astringendo sine dolo & fraude, in quarum quidem recognitionis, approbationis, confirmationis & obligationis testimonium sigillum meum sigillo



supraſcripti Domini mei, Domini Wilhelmi Marchionis coappendi ad præſentes ſub Anno Domini & die, quibus ſupra.

Otto Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epifcopus Conſtantiensis omnibus præſentibus inſpectoribus tam præſentibus quam futuris ſubſcriptorum notitiam cum ſalute in Domino ſempiterna. Noverintque univerſi & ſinguli, quos noſſe fuerit oportunum, quorumque noſſe intereſt aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum ex n. fundationem & dotationem præbendarum trium in Eccleſia parochiali Rœteln noſtræ Conſtantiensis Diœceſis de Conſenſu & voluntate expreſſa dictæ Eccleſiæ Reſtoris dudum per quondam nobilem & generoſum Dominum Rudolphum Marchionem de Hochberg, Dominum Dominiorum in Rœtteln & Suſenberg, dominum & genitorem noſtrum chariſſimum, inceptas & ordinatas & modo per nobilem & generoſum Wilhelmum, Marchionem de Hochberg ac dominum dominiorum in Rœttelen & Suſenberg præfactorum fratrem noſtrum dilectum complete factas & approbatas, ſuper altaribus tribus, in dicta Eccleſia parochiali Rœttelen locatas & ad ipſas præbendas erectas, unius videlicet præbendæ ſuper altari in latere ſiniſtro dictæ eccleſiæ ſito, in honore B. Erhardi Confeſſorum Catharinæ & Barbaræ virginum & martyrum ac in commemoratione omnium fidelium defunctorum alterius ſuper altari in medio inter jam dictum altare & altare glorioſiſſimæ virginis Mariæ, ejuſdem eccleſiæ ſito, in honore S. Crucis Trium magorum & pretioſi ſacramenti Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac etiam in commemorationem omnium fidelium defunctorum, Tertiarum vero ſuper altari in capella nova, choro dictæ eccleſiæ parochiali contigua ſito in honore S. Georgii Martyris ac omnium ſanctorum & omnium fidelium defunctorum commemoratione dedicato, ac omnia &



singula in ipsis litteris, quibus præsentes nostræ litteræ sunt transfixim appensatæ, contenta & descripta. Signatosque redditus & proventus, dictis præbendis adscriptos, quod hæc canonice & juste acta invenimus auctoritate nostra ordinaria approbanda ratificanda, authorifanda & confirmanda duximus ac in Dei nomine approbamus, authorifamus, ratificamus & confirmamus per præsentes, absque tamen dictæ ecclesiæ parochialis præjudicio & detrimento. Insuper dilectos nobis in Christo Johannem Hurino de Rheinfelden ad Altare & præbendam Sti Erhardi Johannem Ywam de Villingen ad altare & præbendam S. Crucis & Bertholdum Spengler de Hustinggen ad altare & præbendam Sti Georgii in dicta capella situm presbyteros dictæ nostræ diœcesis, per præfatum Wilhelmum Marchionem fratrem nostrum indictæ ecclesiæ perpetuis dictarum capellarum & Altarium Capellani præsentatos, ad præscripta altaria & præbendas & quemlibet ad suum altare & præbendam ut præscribitur, præsentatum, investiendos duximus ac in Dei nomine quemlibet ipsorum auctoritate nostra ordinaria prædicta, de eodem seu eadem investimus, præsentium per tenorem servatis, in præmissis omnibus & singulis de jure vel consuetudine, in talibus servandis, dilecto in Christo Plebano dictæ ecclesiæ parochialis in Rœttelen distracte præcipiendo mandamus, quatenus præfatos Presbyteros & quemlibet ipsorum in sui altaris seu beneficii, ad quod per nos, ut præmittitur, est investitus, juriumque & pertinentiarum ejusdem ducat & mittat possessionem realem & actualem faciendo eisdem & cuilibet eorundem fructuarios, censuarios, reddituarios & debitores universos altarium & præbendarum prædictarum, ipsis de fructibus, redditibus, censibus, debitis & obligationibus universis integre responderi, in quorum fidem & testimo-



nium Sigillum nostrum Episcopale præsentibus nostris transfixis litteris fecimus subappendi. Datum Constantiæ, Anno Domini 1428. Mensis Augusti die tertia, indictione secunda.



## C C C L X I X.

LITTERÆ REVERSALES REINHARDI A NYPERG,  
CUI BERNHARDUS MARCHIO BADENSIS ODELZ-  
HOVEN ETC. IN FEUDUM CONTULIT.

A N N O   M C C C C X X I X.

*Ex Tabulario Badensi.*

**I**ch REYNHART von Nyperg Ritter bekenn mich mit disem Brieff als der Hochgeborn Fürst vnd Herre Her Bernhart Marggraue zu Baden min gnediger lieber Herre den Strengen Vesten Hern Schwartz Reynharten von Sickingen Ritter minem lieben Sweher gegönnet hat soliche Lehengute zu kauffen, die Rasan Göler von Rauensperg von sinen Gnaden zu Lehen gehabt vnd getragen hat, doch daz ich dieselben Lehene von dem obgenanten minem gnedigen Herrn haben vnd tragen sölle, mit namen zu Odeltzhouen mit allen Rechten vnd Zugehörungen, nach Lute des Briffs mir von sinen Gnaden gegeben, dez bin Ich uff disen hutigen tag für den obgenanten minen gnedigen Herrn den Marggrauen komen vnd han dieselben Lehene von sinen gnaden also empfangen, Im mit Truwen globt vnd einen Eytd zu den